

extitit *etc.* Quatinus a presenti dicti Clerici dictam domum habeant *etc.* Guadium quoque dicti Nucius et Rencius dederunt *etc.* positis se ipsis defensoribus *etc.* Obligaverunt omnia bona sua *etc.* Contra que si fecerint componant pene nomine dicto procuratori et Ecclesie uncias auri sex et totidem Regie Curie *etc.* Renuntiaverunt consuetudini baroli *etc.* Iuraverunt super sancta dei Evangelia *etc.* Quod scripsi ego predictus Magister Spina puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Umfredus de Lauretta q. s. Iudex. (*Segno*).

† Risus de riso testatur.

† Ego dompnus Francus de Sepulcro testor.

† Ego Matteus f. Iohannis notarii andree tesstor (*sic*).

† Nicolaus Iudicis Franci de Marra testatur.

Notitia testium:

Cola de Iudice franco, Risus de Riso, dompnus Thomasius dictus fellus et dopnus Angelus de Sancto antonio.

N. 129.

A. D. 1331

(22 settembre; Indiz. XIV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	Magister Spina not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,37; larg. m. 0,25.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Pascalis, Episcopus Monopolitanus, d'accordo con i fratelli abbas Angelus e Nardus e con la sorella Laurecta, donano, <i>pro anima</i> , alla chiesa di S. Maria Maggiore di questa città, una loro casa, situata <i>in pictagio Marcicani</i> , e certe loro terre vacue, <i>in cluso callani</i> , presso la via che mena a Corato.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iehsu christi Millesimo Trecentesimo tricesimo primo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo secundo. Mense Septembris vicesimo secundo die eiusdem Quartedecime Indictionis apud Barolum. In presentia nostrum Iohannis de Umfredo Regalis Baroli Iudicis, Magistri Spine puplici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum licteratorum *etc.* Reverendus in christo pater et dominus dominus Pascalis dei gratia Episcopus Monopolitanus, abbas Angelus, Nardus et Laurecta fratres et soror filii et heredes Palmerii de Iohannecito concives nostri dicta quidem Laurecta mulier a me predicto Iudice legaliter inquisita *etc.* consensu quoque dicti domini Episcopi abbatis Angeli et Nardi fratrum et legitimorum mundualdorum suorum et dictus dominus Episcopus et Abbas Angelus consentientes in nos Iudicem et notarium cum scirent se non esse subiectos nostre Iurisdictioni *etc.* voluntarie cum tota debita et consueta iuris observantia dederunt et per fustem tradiderunt et assignaverunt pro anima dicti qd. Palmerii Patris eorum, discreto viro Abbati Bartholomeo Canonico Maioris Ecclesie baroli, presenti et recipienti nomine et pro parte dicte Ecclesie et Capituli ipsius Ecclesie. Domum